

825

MARTIN BUCER à Louis du Tillet, à Paris ¹.

De Strasbourg, 8 octobre 1539.

Inédite. Bibl. Nationale de Paris. Mscr. français, n° 2391.
 Communiquée par M. Henri-L. Bordier.

Bucerus Ludovico suo.

Gratia et pax veranique de religione iudicium, vir in Domino
 verè amantissime, si quidem Domini Jesu, ita ut polliceris, esse
 perseveraveris!

Litteræ tuæ me valde conturbarunt quas hisce diebus ad me dedisti
*18 Septemb.*² Testaris enim te in multis hodie à me dissentire,

¹ Le manuscrit cité comme source renferme quatre épîtres de *Bucer* à Louis du Tillet, datées du 27 septembre (1538), du 2 mai 1539, du 8 octobre, même année, et du 20 octobre. Celle que nous publions résume, en partie, les trois autres et peut servir de complément à la correspondance de *Calvin* avec *Louis du Tillet*. La dernière lettre de celui-ci (oct. ou déc. 1538) ayant précipité leur rupture, *Calvin* dut être satisfait en voyant continuer, sur un ton plus calme et sans personnalités blessantes, un débat où il se sentait gêné par le souvenir des services qu'il avait reçus de son correspondant (Voy. Nos 742, 759, n. 12, 14; 784, renv. de note 13-15). Il est, en effet, bien peu probable que *Bucer*, ami et collègue de *Calvin*, lui fit un mystère des lettres de L. du Tillet et de ses propres réponses. On est d'autant moins autorisé à le croire, que les paroles suivantes de Bucer, écrites le 27 septembre (1538), font allusion à certaines lettres protestantes que L. du Tillet lui aurait communiquées : « *Buc. Ludovico suo* S. D. Gratissima sunt quæ scribis, tam ea quæ alii contra nos, quàm quæ alii pro nobis... » Quelles seraient ces dernières lettres, sinon celles de Calvin à son ancien ami d'Angoulême, qui en aurait traduit et cité des passages en écrivant à Bucer ?

² On lit, en tête de la copie contemporaine, l'avertissement suivant : « Interim, dum proximè præcedentem epistolam, multis aliis negotiis occupatus, tantùm succisivis horis *Lud.[ovicus]* scribebat, *audivit se delatum esse apud Bucerum*, quòd omnino a Christo abalienatus esset, et nullis non superstitionibus et impietatibus se immisceret ac contaminaret. Alia

novasque rationes quibus respondi his objectionibus quas anno superiore, 8 Septemb., ad me perscripsisti³, tanquam à viris bonis profectas, tibi non satisfacere. Homo sum, mi frater (spero, ferēs adhuc istam appellationem), labi possum; certus tamen sum coram Domino nostro Jesu Christo, me de summa religionis rectè sentire, et eum non posse Christi esse qui de ea non idem judicet. *Quò autem magis studeo de omni doctrina Christi id sentire quod sentit Christus ipse, quòque magis te amo salutisque tuæ sum cupidus, hoc magis cruciat quòd hodie in multis te dissentire à me scribis, qui cum hinc discederes tam pulchrè consentiebas in omnibus⁴, ita sanè*

itaque parvula epistola ipse *Lud.[ovicus] Buc.[erum]* interpellavit, ne falsis hujusmodi delationibus fidem haberet, et, ut astruxit se [in] Dei gratia esse et in Christo se perseverare, ita etiam *non abnegavit se jam in pluribus a Bucero dissentire*, nec sibi per hujus literas [scil. 2^o Maii datas] satisfactum fuisse, quibus responsionem parabat, quam se missurum cum primùm absoluta esset pollicebatur. *Hac verò parvula epistola accepta, Bucerus sequentes scripsit.* »

L'épître de *L. du Tillet* que l'avertissement précité désigne par ces mots : « *proximè præcedentem epistolam,* » ne compte pas moins de 20 pages d'une écriture minuscule et serrée. Elle traite de la foi, de la justification et des œuvres, selon les principes énoncés dans la lettre du 9 septembre 1538 (note 3). Le ton en est modéré, le style clair, mais peu élégant. C'est une dissertation assez froide, et qui dut parvenir tardivement à *Bucer*, car il n'y fait aucune allusion dans ses lettres du 8 et du 20 octobre.

³ Cette lettre de *L. du Tillet* est datée : « *Lutetiæ, 9 septembris 1538.* » La copie originale n'en donne que la dernière partie, dont voici les principaux passages : « *Porrò quemadmodum illi [scil. viri docti et pii] concedunt sine fide neminem justificari posse, ita etiam hæc bona opera quæ in fide per spiritum Domini fiunt non solùm ad justitiam pertinere, sed etiam justitiam esse volunt. Quæ Paulus de justificatione fidei scribit adversùs falsam et perversam Judæorum, Christum abnegantium, de operibus sententiam, intelligenda esse dicunt de fide formata, hoc est, quæ sit efficax per charitatem. Et licet Paulus solam nominet fidem, intelligunt tamen ipsum ab ea non excludere spem et charitatem, quas simul adesse oporteat, ut sine quibus nemo Deo acceptus esse potest. Asseverant autem Lutheri, et eorum qui cum ipso faciunt, doctrinam de justificatione, in vanis animi cogitationibus et opinionibus justitiam quærere et collocare, utcunque multis in locis opera valde commendare et ea tanquam ad hanc externam vitam necessaria à fidelibus exigere videatur... »*

Bucer fit deux réponses à la lettre précitée. La première est datée du 27 septembre (1538). Nous en avons déjà reproduit quelques fragments, note 1, et t. V, p. 187, 188. La seconde est du 2 mai 1539 (Voy. N^o 821, fin des notes 14-15).

⁴ A comparer avec le N^o 680, renvois de note 7, 8, 10, 11.

mentem tuam ego intellexi. Faxit Christus ut ista mutatio sententiarum sit facta spiritu agnoscas! Interim per Christum Dominum te obsecro scribas per hunc nuncium, et quænam illa multa sint in quibus hodie à me dissentis, et quæ te ut sic dissentias rationes commoverunt ⁵. Postremò quæ argumentis meis, quibus objectiones illas ad me perscriptas repuli, inesse vitia deprehenderis.

Relegi litteras quibus ea objecta ad me superiori anno perscripsisti ⁶. Quid autem ego responderim ad manum non est. Nulla enim retinere soleo istorum scriptorum exempla, quia desunt amanuenses et occupationes non permittunt spatium describendi. Quò verò possis certus ostendere quid in rationibus meis desideres, volo eas hîc paucis repetere.

Scribis quatuor maximè nobis Germanis crimina objici: Primum, quòd ecclesiam Christi à qua secessimus impugnamus. Alterum, quòd ex observationibus Ecclesiæ rejecerimus, tanquam per se impia, quæ sint in se optima, contempto et offendiculo quod ista audacia bonis objecerimus, et consensu Ecclesiæ quo illæ observationes sint constitutæ atque servantur. Tertium, quòd bona ecclesiarum nostri diripiant. Quartum, quòd multa vera dogmata perverterimus et oppugnaverimus, falsaque contrà tradiderimus et contumaciter defendamus ⁷.

Ad primum respondeo, mi frater, id nobis falsissimè impingi. Neque enim ab ecclesia Christi secessimus neque eam oppugnamus. Quæso te, quid est ecclesia Christi? Nunquid est corpus Christi, membra Christi, capiti Christo vera fide adhærentia, quæque ejus spiritu agitantur et vivunt? Lege, obsecro, diligenter quæ divus Paulus de ecclesia Christi scribit, Ephes. 4 et 5 et similibus locis. Jam quid vocabis ab ecclesia Christi secedere aut eam impugnare? Certè, si vera fide Christi, quæ per dilectionem efficax sit, Christi membra sumus, per eandem et in Ecclesia sumus. Hæc fides, hæc dilectio externè quoque conjungunt sanctos inter se, fateor, at quibus in rebus? numquid confessione Christi, usu doctrinæ sanctæ et sacramentorum legitimo, communioneque disciplinæ ecclesias-

⁵ La longue épître de L. du Tillet composée en août, septembre et octobre 1539 (Voy. la fin de la n. 2) ne renferme aucune réponse à cette question spéciale de Bucer.

⁶ Il n'existe, de l'année 1538, qu'une seule lettre de L. du Tillet à Bucer : celle du 9 septembre (note 3).

⁷ Ces griefs étaient sans doute exposés au commencement de la lettre du 9 septembre 1538 (n. 3, 6).

tica? Atqui nos Christum ita credimus et confitemur ut eum Scriptura omnis prædicat; sacramentis ejus et doctrina ita ut ipse hæc instituit, uti studemus; disciplinam quam ipse in ecclesia sua esse voluit nos amplectimur eique nos subijcimus. *Infirmi sumus atque peccamus in multis; at scientes et prudentes nihil omnium prætermittere volumus quæ unquam in Ecclesia utiliter instituta sunt et hodie quoque possunt apud nos momentum aliquod habere instaurandæ pietatis. Porrò, quod non ædificat fidem Christi, id nec spiritui sancto ferri acceptum nec adscribi ecclesiæ Christi potest.* Nam paracletus spiritus nihil quàm quod Ecclesiæ certam utilitatem afferat, docet et efficit. Datur enim unicuique *ἡ φαιέρωσις τοῦ πνεύματος πρὸς συμφέρον*⁸. Verbum Domini purè apud nos docetur; sacramenta ut ipse instituit dispensantur: in qua dispensatione hoc solum variamus à vobis, quòd mysteria Christi populo ut oportet exponimus, usi lingua quam intelligit, et dispensamus integra ita ut Dominus ea instituit, et quosdam humanitùs adjectos ritus prætermittimus, sed quos nec Apostoli observarunt. *De disciplina pœnitentiæ laboramus*⁹, *at illa ante nos ex ecclesiis sublata est.* Dum autem nos toti in id ut illam restituamus incumbimus, non debet nobis imputari, sed his qui eam substulerunt, quòd ea apud nos desideratur. *Handquaquam igitur ab ecclesia Christi secessimus, multò minùs eam impugnamus; nam nihil quàm vitia quæ in Ecclesiam irrepserant reprehendimus. Vestri, mi frater, pœlati, qui nos scismatis et hereseos condemnant, in utroque tenentur:* Christum enim non prædicant sinceriter. Fiduciam ceremoniarum, divorum et propriorum operum, citra solidam fiduciam Christi, sine pœnitentia, apertè foveant, manifestas idololatrias defendunt, symoniacæ hæresi sine omni pœnitentia immersi sunt. Vivunt tam spurcè, ut ii se, juxta canones, anathemate obligent qui cum illis ullis sacris ceremoniis communicant. Paulus dixit enim « qui se scorto adjungit tollere membrum Christi, et facere illud membrum scorti. » Quid jam dicemus fieri tam impia doctrina et manifestis idololatriis symoniacæ tam impudenti? *Jam nos qui, quales quales sumus, Christum quaerimus, ejusque veram et unicam doctrinam profitemur, isti sancti patres dirius quàm ullos quamlibet sceleratos homines, persequuntur et eradicare funditus laborant. Tacemus quæ contra nos impuden-*

⁸ I Corinthiens, XII, 7.

⁹ A comparer avec les N^{os} 649, 685, paragraphe 2; 686, § 1; 730, note 4; 733, à la fin; 738, § 1; 751, renvoi de note 13; 752, renvoi de n. 53; 772, fin du § 7; 774, § 4; 775, § 1-2.

tissimis calumniis, et privatim in conciliis Principum, et publicè in concionibus suis et scriptis moliuntur, hæcque omnia audent in nos inauditos, indicta causa!

Extant canones, superest ratio et à sanctis Patribus et à piis Principibus constituta, quomodo debeant ecclesiæ administrari, quomodo reformari, quomodo item *novatores in dogmatis vel ritibus* compesci. Istam rationem, illos canones cur non repetimus? *Fuisti Rhomæ*¹⁰ *et in aulis Principum et episcoporum; versaris quotidie in templis. Lege jam quæ Scripturæ tradunt de sacro ministerio, quæ decreta sunt in conciliis, quæ scripta Patres reliquerunt; confer ista inter se et fac judicium verum.* Ergone valebunt tantum in ecclesia Christi, in regno veritatis, inania nomina? Adorarene pro episcopis et patribus Ecclesiæ oportet quibus nihil est ecclesiis exitiosius? et mussare ad omnem impietatem ecclesiasticorum, id verò est manere in Ecclesia? *De privatis hominibus scis quid sentiam*¹¹. *At de doctoribus, de magistratibus, de totis ecclesiis, alia ratio est. Certè, si id est manere in Ecclesia quod vos videmini vocare « manere in Ecclesia, » scilicet ad cunctam impietatem silere, eamque communicando illa[m] verbis et factis confirmare, quando demum reformabitur Ecclesia, si volumus omnes sic manere in Ecclesia? Imò quid omnino de omni regno Christi manebit mundo reliquum? Nam papa cum suis in dies se omni scelerata audacia vincit.* Constitue igitur, mi frater, primùm de ipsa Christi ecclesia et communione sanctorum, et statue ex divinis literis, ex scriptis Patrum, ex canonibus, in quibus ea societas Christi sita sit per se, quæ salva hac societate omitti possint, quæ non, quæ corpore Christi reipsa separent, quæ apud perversos homines. Et cogita unam esse Ecclesiam vim seculorum, eoque quæ tempore Pauli faciebant esse in Ecclesia, ea id hodie quoque facere; quæ Ecclesia excludebant ea et hodie excludere. Quid etiam ecclesiæ sibi invicem debeant, quæ

¹⁰ *Louis du Tillet* avait-il fait son voyage de *Rome* vers l'année 1532, c'est-à-dire à la fin de ses études universitaires, ou bien au printemps de 1536 (t. IV, p. 77)? Dans le second cas, il se serait arrêté très peu de temps à *Ferrare*, où *Calvin* aurait attendu son retour. Cette circonstance expliquerait pourquoi *M. de Hautmont* (nom seigneurial de L. du Tillet) n'est pas mentionné dans les lettres adressées plus tard à *Calvin* par ses amis de *Ferrare*.

¹¹ C'est probablement une allusion à ces *viri docti et pii* (ailleurs *Christi studiosi*) dont L. du Tillet communiquait les objections à *Bucer*, et parmi lesquels devait se trouver *Jean du Tillet* l'ecclésiastique (N° 742, n. 11).

sit ministrorum inter se subjectio et prælatio, ex canonibus disce et Scriptura. Vide item quæ sint vera offendicula, quæ ficta, quæ pio homini vitanda, quæ negligenda. Hæc ad *primum* tamen nunc satis sint, dum intelligam quibus sis argumentis impeditus.

Alterum crimen aequè luculenta calumniâ est; nam ex observationibus Ecclesiæ, nihil prorsus ut impium rejecimus, nisi missas easque ceremonias quibus fulciebatur fiducia externi operis, sine fide Christi et pœnitentiâ, quibusque manifesta admittitur idololatria. Cætera quæ submovimus, non ideo submovimus quòd per se sint impia, sed quòd cum in se *liberi usus* sint, et ad fovendam impietatem pertracta fuere, videbantur pietati, propter conformatum abusum, obfutura. *Et declarandum erat reïpsa quid in ea juris habeant ecclesiæ. Sunt enim hæ res omnes ex illorum genere de quo nemo nos judicare debet. Consensus Ecclesiæ non debet vocari admissa sensim ab omnibus superstitio.* Nec ea tanti facienda offensio quæ nascitur ex impietate, nec caveri potest nisi læsa pietate. In multis ritibus manifesta idololatria admittitur; id vobis nullum offendiculum parit: si ritus tollitur, quia aliàs ipsa idololatria ægrè tota et funditus tolli poterat, hoc verò offendiculum objicit non ferendum? Quamquam, *fateor ingenuè, malle nos, in mutandis rebus mediis, majorem cautionem adhibuisse et moderationem*¹². Sed ut peccatum aliquid à nobis hac in parte sit, de quo cum nemine pugno, obsecro, quale tamen est et quantum, si cum eo conferas quòd adversarii eisdem rebus, per universas ecclesias confessa et horrida impietate, abutuntur? Nos sustulimus res medias, fac intempestivè, fac cum aliqua bonorum offensione, quæ vitanda erat. At vestri in illis manifestam exercent foventque impietatem, quæ hoc plures planè perdit quò ea pauciores offendunt. Offendiculum autem in Scripturis quod sanctis summopere vitandum est, id præcipuè vocatur quo læditur fiducia Christi, sauciantur conscientiæ; quanquam et id offendiculum quoque omni studio vitandum sit, ne quem à nobis et causa Christi quancunque offensione alienemus.

Sed quid faciendum nobis erat? Nostris enim hominibus relinquenda quæ lædebant fiduciam Christi, ne in offensionem incidissemus hostium Christi? Boni enim qui sub his sunt, facile cogitabunt

¹² A comparer avec les deux lettres écrites de *Strasbourg* en 1525 par *Gérard Roussel*, le futur évêque d'Oléron (t. I, p. 405, 409), et avec le t. V, p. 60, lignes 21-23; p. 292, 293, renvois de note 18-20.

non esse æquum judicare inauditos et causa nondum cognita, et magis irascendum esse his qui evertunt substantiam pietatis, quàm qui attingunt accidentia quædam. Sed fac istam novationem quam [l. quantum] velis intempestivam, et offensionem natam ex ea quantumlibet grandem et perniciosam, quid facias nobis? Quicquid cum salute populi nostri restitui possit, restituemus; quæ sic restitui non possunt, nec vos ut restituantur petere potestis. Interim non habetis nos pro Christianis, et habebitis adversarios nostros, cum apud nos tota religionis substantia salva sit, apud illos penitus eversa? *Disce hic, frater, jura libertatis Christianæ, et agnosce verum illud Augustini ad Januarium: « quæ pietatem et bonos mores non instaurant, eu ab observatione ecclesiarum submovendu esse, etiam si pietatem et bonos mores non ledant, vel eo tantum quia gravant libertatem Christianam. »* Ista satis sint quod ad alterum crimen attinet.

In tertio, quod est de direptione bonorum ecclesiasticorum, plerisque nostrum non excuso¹³; multos, si valeant canones et jus nature, nullo negotio deffendam. Nam quicquid ad publicas utilitates et necessariam ecclesiarum defensionem, non defraudatis ecclesiis nec sustentatione ministrorum, nec alimonia pauperum, impenditur de bonis ecclesiasticis, id rectè et piè impenditur. *Vestri autem Principes bona ecclesiarum unà cum ministris sibi vindicant, et ecclesias vero ministerio prorsus spoliant, pauperibus ne tantillum impendunt, ad quos tamen quarta portio omnium bonorum ecclesiasticorum, secundum canones, pertinet.* Nunquid verò eripiuntur ecclesiis sua bona, cum indignissimis hominibus, titulo falsissimo episcopatum et abbatiarum, cuncta ecclesiarum et pauperum bona addicuntur obligurienda et dilapidanda in aulis? O frater, sistamus nos et nostros iudicio vero Christi et Ecclesiæ, et accusate vos vestros sacrilegos tam liberè quàm nos nostros accusabimus, et fiat iudicium secundum canones; huic nos stabimus.

Quartum crimen rursus indignissima injuria est. Sed te per Dominum nostrum Jesum Christum obtestor, *judica quænam vera dogmata damnemus, quæve falsa astruamus.* Illud *de bonis operibus*, mi frater, utinam tractaretur studio vero bonorum operum! Utinam tam liberet verè bona opera facere, quàm pugnaciter de eorum merito disputatur! Et quæso te, cum in iudicium Dei cum tuis bonis operibus veneris, tuisque te Satan malis operibus urse-

¹³ Voyez le t. V, p. 145, note 23; p. 250, 251.

rit, quid oppones ei? tuane bona opera? At inutilem te servum esse dicet, cum etiam omnia perfeceris quæ debuisti perficere. Quis interim satisfaciet pro peccatis tuis? Petesne ut Pater compensationem faciat malorum operum tuorum, per bona quæ fecisti? At nec horum satis erit, et præponderabit lanx malorum. Nonne periisti tum, nisi puram misericordiam Dei in solo Christo suplici fide apprehendas, salutemque totam nulla ex parte ex teipso vel tuis operibus petas et percipias? Interim verum tamen, ubi per Christum, quem vera fide agnovisti, et te ei conservasti salvus et justificatus, hoc est peccatis absolutus es, quæcunque tum ille in te bona efficit, ea non redigentur in nihilum, non corruent in iudicio Dei, sed amplissimam mercedem referent. At quando? cum adhuc te urgent tua peccata, cum adhuc dubitas de salute tua? minimè. Neque possunt malæ arboris esse fructus boni. Ergo tum valebunt apud Deum tua bona opera, cum tu antea in gratiam Patris per Christum fueris receptus. Neque id ex te, aut ex ipsorum tanto merito, sed propter eundem Christum et ultroneam liberalitatem in te Patris, quam eandem idem tibi Christus paravit. Corruent igitur bona opera in iudicio Dei et non corruent. Corruent, ubi de salute agitur personæ; non corruent, ubi restituta saluti persona est per Christum et gratuitam misericordiam Dei. Redigentur in nihilum, ubi considerabis gravitatem peccatorum ex lege Dei. Non redigentur in nihilum, dum, apprehensa remissione peccatorum in Christo, consideras gratuitas promissiones Dei illis (*sic*) factas. Paralogismum igitur facitis secundum quid et cetera. Sed dum de his nos planè credimus et loqui volumus ut Scriptura docet, fac ut *tui* ea corrigant quæ manifestissimè contra Deum sunt, et de hac questione nullo inter nos negotio conveniet.

Hæc repetere volui ad te de his quatuor criminibus, et te per Christum oro, lege omnia coram Domino, et remitte has literas mihi, quia describere non licuit, et respondere ad singula dignare. Amo te et sum de salute tua sollicitus, hujusque, ut scis, maximas causas habeo. Fac igitur, te iterum atque iterum oro et obsecro, remitte has mihi literas, et responde ad singula, ut conferre ea inter se possim. Ad D. Jo. *Stleidanum* ¹⁴ pone literas: ille habebit nuncium intra paucos dies. Vides quàm multis ego scribam, qui in ecclesiasticis rebus te multò occupatior sum.

¹⁴ *Jean Sleidan*, qui résidait encore à Paris (Voy. t. V, p. 320. — C. Schmidt. Vie de Jean Sturm, p. 50-52).

*De quatuor causis*¹⁵ nunc non vacat scribere, nisi hæc : *Carnalem libertatem scilicet querere nos dicitis. Hæc quanto apud vos desiderabatur ! Nonne potuissem in magnis opibus ecclesiarum delitiari, qui nunc me, ut scis, laboribus frango, vix centum coronatos habens in annuum stipendium ? Ah ! plura potuissem. Ah ! ubi major quam apud vos rerum omnium licentia et scelerum impunitas ? Ad alterum, de proprii iudicii confidentia, quare ergo non audimur ? Quare non cogitur synodus*¹⁶, *ut iudicemur de pravo iudicio aliorum, nihil quam patientissimè iudicemur, sed fructibus iudicemur ? Ne putetis oculis Dei tegi quæ vos tegere conamini. De avaritia Principum, quasi non potuissent, exemplo vestrorum, omnia semel sibi obnoxia facere et opes et personas ! Insumpserunt in defensionem ecclesiarum omnes longè plus quam unquam ab ecclesiis acceperint, et sunt hodie in summo discrimine rerum suarum. Privati sanguinem fundimus et exurimur vivi. Summos labores delitiis, maximam paupertatem maximis opibus commutamus. Nos tamen libertatem carnis et opes sectamur ! Papa verò cum suis, inopiam, ærummas et crucem ! O frater, frater, quam longè aliud iudicabit de nobis Christus !*

¹⁵ C'est-à-dire, les quatre causes que les Catholiques romains assignaient à la Réformation de Luther. Elles étaient sans doute développées dans l'une des lettres de Louis du Tillet qui ont été supprimées par sa famille.

¹⁶ Bon nombre de protestants et de catholiques croyaient encore au Concile universel tant de fois promis et ajourné par le pape. Georges Wicelius, qui avait quitté l'église de Luther pour celle de Rome, écrivait à Érasme le 30 mars 1533 : « Superioribus nundinis, dedi ad te literas... Summa rei erat *Œcumenica Synodus*. Bone Christe, ut animum meum obsedit ejus negotii tam magni quam necessarij consideratio perpetua ! Nihil nunc in votis meis est hoc ipso prius. Nam video *summi mali nullum finem, nisi causa legitimo modo transigatur*. Bello exulceratur, non sedatur... O surdas aures tuas, *Roma*, o pectora ad considerationem rei maximæ emortua et in desideriis mundi hujus sepulta ! Quomodo habet titulus tuus, quæ est professio, quod officium ? Satisne diu exspectamus opem debitam nobis *Catholici* ? Siccine grex Domini Jesu nulli vobis curæ est, uti fama non tarda in orbe universo volat ? » (Erasmi Epistolæ, éd. le Clerc, p. 1755, 1756.) En novembre 1534, *Ant. Marcourt* disait, dans son traité de la sainte Eucharistie, fol. Eiiij : « Maintenant droict divin et humain est violé, toutes choses... sont faictes obliquement en la haine de l'Évangile. Que ne faict-on à tout le moins ainsi que porte la loy ? c'est que en matière et chosé de la foy, fault avoir résolution de *Concile*... On ne sçait que devenir, on ne sçait que faire, on ne sçait où se trouver, tant est le monde divisé ! » Voyez aussi t. III, p. 206, notes 6, 7.

Vale nunc et ora Dominum ne in ipsum impingas, dum sic nos studemus tibi. Vide, vide ne ocium et tranquillitas carnis et opes hujus mundi faciant, ut coneris Antichristum ex Christo et ex Antichristo Christum facere. Non est consensus Ecclesiæ conspiratio in impietatem, superstitionem et servitatem ecclesiarum. Non est obedientia Ecclesiæ mussare ad prælatorum publica et privata vitia. Non est esse ecclesiæ Christi membrum consentire cum anathematis. *Christus ex evangeliiis suis descendus est, non ex nostris pulchris commentis. Regnum Dei ecclesia Christi : in nulla re externa per se, sed in fide et justitia sita est, usuque eo externorum quem dictat fides. Ubi vel in oppidis, nedum in pagis, dominicis diebus, communicatur ab curato evangelium Christi et docetur unus esse qui servat nos? Vivos et mortuos prædicant. Christum utinam cel monachi illi et fratres prædicarent! Scimus, scimus ut religio in Galliis administraretur : quotidie nostri in Galliis sunt.* 8 Octob. 1539.

Tuus in D. salutis tuæ studiosissimus.

Huc veniunt *exules Christi*, qui essent Christo et ecclesiis alendi. Qui opes hic tenent ecclesiasticas, *Papæ* quàm Christo malunt eas impendere. Hic vos de vestra abundantia succurrere debebatis ¹⁷.

¹⁷ A la suite de cette lettre, on en trouve une autre de Bucer, datée du 20 octobre sans millésime, mais qui semble appartenir à l'année 1539. Nous en donnons le commencement et la conclusion :

« *Bucerus Ludovico suo. Gratia et Pax! Dum festinarem nuper, excidit illa tua objectio de successione sacerdotis... O fratres, fratres, si Christum amatis et ejus ecclesiam, si veram veri sacerdotii successionem quaeritis, non eramus nos vobis sic abjiciendi, qui nihil quàm regnum Christi restitutum volumus, et ita ferendi ii quos omnis Scriptura, omnes canones tantopere damnant et planè anathematizant! Istos vos interim qui symoniis et flagitiis... cooperti sunt habetis pro catholicis, pro legitimis episcopis!... Væ facientibus bonum malum, malum bonum! dicentibus tenebras lucem esse, lucem tenebras! Moneo et hortor te, mi frater, Christo cogita omne judicium datum esse, et hunc veritatem poscere, sucsque vera fide, non ceremoniis, aestimare, et obedientiam eam requirere hominibus qua obedientiam sui imperii non destruat. Vale, et, ne dubita, nisi tui essem cupidus, hæc ad te non scriberem. Argent. 20 Octob.*

Oro te valde, rescribe diligenter ad omnia. »

C'est la fin du manuscrit n° 2391, et, probablement aussi, de la correspondance de Bucer avec Louis du Tillet.

826

MARGUERITE DE NAVARRE au Conseil de Nimes.

De Compiègne, 8 octobre (1539).

Manuscrit original sur parchemin. Signature autogr. Arch. de Nimes. Ménard. Hist. de Nimes, 1753, t. IV, Preuves, p. 146.

Messieurs, j'ay entendu par Maistre *Claude Baduel*¹ comme vous luy avez escript et prié qu'il allast par delà, pour vous aider à faire *l'institution d'un colége en vostre ville*² : en quoy je croy qu'il se scaura bien acquiter. Il s'en va maintenant devers vous pour cest effect. Et, pour ce que je l'ay entretenu aux estudes, je vous prie de l'avoir pour recommandé durant qu'il sera par delà, et vous me ferez, en ce faisant, plaisir bien agréable. A tant, Messieurs, je prie Dieu qu'il vous ait en sa très sainte garde. Escrip à Compiègne, ce 8^e jour d'octobre (1539)³.

La bien vostre MARGUERITE.

(*Suscription* :) A Messieurs les Consulz, manans et habitans de Nimes.

¹ Voyez, sur *Claude Baduel*, natif de Nimes, le t. III, p. 189, 190, 199, 363; t. V, p. 39, 42.

² « *Baduel* professoit la philosophie à Paris en 1539, et quoiqu'il y eût une pension de 400 livres, il préféra servir sa patrie, où il n'en recevoit que 200 » (Senebier. Hist. litt. de Genève, I, 392. — Voyez aussi C. Schmidt. Gérard Roussel, p. 111. — Le Bulletin du Protestantisme, III, 638).

Les écoles de Nimes, dont il a été question à l'année 1537 (t. IV, p. 318), venaient de faire place à un « collège et université es arts et grammaire, » en vertu d'un rescrit du Roi « donné à Fontainebleau, au mois de May MDXXXIX » (Voy. Ménard, o. c. t. IV, Preuves, p. 145, 146).

³ Le 12 juillet 1540, *Baduel* fut installé comme professeur de l'université instituée au mois de mai 1539, et l'ouvrage intitulé : « De Collegio et Universitate Nemausensi, opusculum Claudii Baduelli, » parut à Lyon la même année (Le P. le Long. Bibl. hist. de la France, 1719, n° 17014). C'est certainement de ce livre-là que voulait parler le professeur Xystus Betuleius, lorsqu'il écrivait le 15 août 1540 à Ambroise Blaarer : « *Claudii*

827

MARTIN LUTHER à Martin Bucer, à Strasbourg¹.

De Wittemberg, 14 octobre 1539.

Autographe. Arch. du séminaire protestant de Strasbourg.

De Wette. *Luthers Briefe*, V, 210.

G. et P. in Domino! Sic cogito, mi Bucere, scire te quàm non sit opus crebriùs à me scribi ad te. Tu enim plus otii et minus annorum habes, ut negotia et causas taceam, quibus obruor singulis horis. Quare tibi responsum esse arbitrare simul, quoties tu ad me scribis. *Spero enim cordium esse conjunctionem inter nos sinceram. Idem sentio de tuis symmistis omnibus...*

De rege Angliæ vereor ne tua spes sit nihil². Ipsos Anglos, dum hic hæerent, audivimus de Rege suo querulantes et nostram libertatem admirantes³. *Legatum* habuit apud nostrum Principem

Baduelli libellum nondum vidi, sed aveo videre » (Autogr. Bibl. de St-Gall). Ces faits déterminent la date, qui est aussi fixée par la mention du lieu où la lettre fut écrite. *La reine de Navarre* se trouvait à Compiègne à cause de la maladie de son frère (N° 819, n. 6). On lit, en effet, à la p. 271 de la Chronique de François I publiée par G. Guiffrey : « Environ la fin du mois de septembre [1539] le Roy estant à Compiengne et à Villiers-Cous-terez en Picardie, luy survint une maladie qui le tint longuement, et fut en très grand dangier de sa personne... »

¹ La seconde partie de cette lettre a été traduite en français par M. A. Müntz et publiée dans le *Bulletin*, t. VIII, p. 29.

² *Bucer* avait écrit au Landgrave de Hesse, le 16 septembre précédent, pour le prier d'agir en faveur des Évangéliques anglais. Il espérait que si *Mélancthon* se rendait en Angleterre, il obtiendrait d'*Henri VIII* l'abolition ou l'adoucissement de *la loi des six articles* (Voy. le N° 824, n. 6. — *Melanthonis Epp.* ed. Bretschneider, III, 775-782. — Seckendorf, o. c. III, 225, 226).

³ Allusion à l'ambassade anglaise de 1535, qui se composait d'*Édouard Fox*, de l'archidiacre *Nicolas Heath*, de *Christophe Mount* et du docteur *Antoine-Robert Barnes*. Ces personnages passèrent à Wittemberg une partie de l'hiver de 1535 à 1536 (Voy. Sleidan, o. c. I, 554, II, 36-38,

his diebus, sed qui nihil attulit nec retulit quod ullam spem significaret⁴. Dominus dirigat cor ejus cum omnibus aliis regibus in gloriam suam!

De *Cæsare* sunt prophetiæ certæ, postquam junxit se Deo odibili *Papæ*, amisisse eum omnem et fortunam et benedictionem Dei⁵. Sed nobis imputant totum. Bene vale, et *salutabis Dn. Joannem Sturmium et Johannem Calvinum reverenter, quorum libellos cum singulari voluptate legi*⁶. *Sadoletto optarem ut crederet Deum esse creatorem hominum etiam extra Italiam*; sed hæc persuasio non penetrat corda *Italorum*, cum tamen soli præ ceteris exuerint planè humanum sensum præ superbia. Iterum vale. Die Calixti, a. MDXXXIX.

T. Mart. Luther D.

(*Inscriptio* :) Clarissimo viro Dn. Martino Bucero, Argentoratis Ecclesiæ Episcopo, vero servo Domini, fratri in Christo charissimo.

195. — Burnet, o. c. I, 266, 405. — Seckendorf, III, 110, 112, 261. — Merle d'Aubigné, o. c. V, 141, 142, 149-152).

⁴ *Christophe Mount* (en latin *Montius*) était venu en Allemagne pour négocier le mariage d'*Henri VIII* avec *Anne de Clèves*. Il avait une seconde mission, que *Mélancthon* fait connaître en ces termes : « *Anglus... misit nuncium ad Principem nostrum, et nescio qua Sophistica lenit illos suos impios articulos, quos contra Evangelii doctrinam edidit, ac petit ne nostri contra eos articulos scribant. Impudens postulatio est. Itaque Princeps graviter et piè respondet; taxat illos tyrannicos articulos, et negat se prohibiturum quo minùs stylo piorum refutentur* » (Lettre du 22 septemb. 1539. Mel. Epp. III, 784). Voyez aussi la lettre des théologiens de Wittemberg et celle de Luther du 23 octobre à l'Électeur Jean-Frédéric, dans *Luthers Briefe*, éd. de Wette, V, 213-218; dans le *Bulletin*, VIII, 29-33. — La lettre de Calvin du 27 octobre. — Seckendorf, III, 180, 225, 226, 552.

⁵ Allusion aux revers de *Charles-Quint* en Dalmatie, où les Turcs avaient repris la ville de Castel-Nuovo (août 1539) et massacré toute la garnison espagnole (Voy. Sleidan, II, 151. — La lettre de Luther du 13 octob. 1539 à Albert, duc de Prusse. Bulletin, VIII, 28).

⁶ Luther veut parler de *l'Institution chrétienne*, de la *Réponse de Calvin à Sadolet* (N° 814), et de l'opuscule de *Jean Sturm* qui est intitulé : « *Epistolæ de dissidiis religionis, Jacobi Sadoleti, Jacobi Omphalii, Jo. Sturmii. Argentinae, Crato Mylius, 1539, mense septembri,* » in-8°. L'épître de *Sadolet* à *Sturm*, composée en 1538, avait paru à Wittemberg l'année suivante. *Sturm* ne la reçut que le 15 juillet (Idibus Julii). Sa réponse est datée de Strasbourg, le 18 juillet (Argentinae, 15 Calend. Augusti, Anno 1539). L'épître d'*Omphalius* porte la date du 10 août 1539

828

JEAN CALVIN à Simon Grynæus, à Bâle.

De Strasbourg, 18 octobre 1539.

Ioannis Calvinii commentarii in Epistolam Pauli ad Romanos.
Argentorati per Vuendelinum Rihelium ¹.

JOANNES CALVINUS Simoni Grynæo, viro ornatissimo. S. D.

Memini, cum ante triennium de optimo enarrandæ Scripturæ genere inter nos familiariter commentaremur², eam, quæ plurimum tibi placebat, rationem mihi quoque præ aliis probatam tunc fuisse. Sentiebat enim uterque nostrum, præcipuam interpretis virtutem in perspicua brevitate esse positam. Et sanè, cum hoc sit propè unicum illius officium, mentem scriptoris quem explicandum sumpsit, patefacere, quantum ab ea lectores abducit, tantundem à scopo suo aberrat, vel certè à suis finibus quodam modo evagatur. Itaque cupiebamus ex eorum numero quibus, in hoc laboris genere, theologiam juvare hodie propositum est, unum aliquem extare qui et facilitati studeret, et simul daret operam ne prolixis commentariis studiosos ultra modum detineret. Quanquam autem scio sententiam hanc non apud omnes receptam esse, et eos qui non recipiunt, nonnullis quoque argumentis adduci ut ita judicent, ego tamen dimo-

(Voy. t. V, p. 373. — La lettre de Calvin du 20 novembre, à la fin. — Nicéron, o. c. XXVIII, 364. — Freytag. Adparatus litterarius, III, 220, 221, 226. — Jean Sturm par C. Schmidt, p. 315).

¹ On lit à la fin du volume : « Mense Martio. Anno M.D.XL. » Le titre, la dédicace et l'argument occupent les seize premiers feuillets. La pagination commence seulement avec le corps de l'ouvrage, qui se compose de 430 pages petit in-8°. Quelques exemplaires portaient sans doute, sur le titre, le nom d'*Alcuin*, anagramme de celui de *Calvin* (Voy. N° 809, n. 1, 4).

² Ces conversations entre *Calvin* et *Grynæus* ont dû avoir lieu à Bâle au mois de mars 1536. C'est l'opinion de M. Albert Rilliet (Lettre à M. Merle d'Aubigné, p. 21) et elle se trouve confirmée par le fait que *Simon Grynæus* donna le 21 mars de cette année-là sa première leçon sur l'*Épître aux Romains* (Voy. t. IV, p. 148, 463).

veri non possum ab amore compendii. Verum, cum ita ferat ea que hominum ingeniis insita est varietas, ut alia aliis magis arrideant, fruatur hic sanè quisque suo iudicio, modò ne quis omnes alios sub leges suas redigere velit. Ita fiet, ut neque nos, quibus magis placet brevisitas, eorum labores vel respuamus vel contemnamus qui in sacris libris enarrandis copiosiores sunt ac fusiores, et illi vicissim nos ferant, etiam si putent nimis pressos ac concisos.

Ego certè mihi temperare non potui quin experirer, equid posset hic ecclesiæ Dei mea opera commodare. Neque verò aut me assecutum nunc confido illud quod tunc nobis videbatur esse optimum, aut assequi me posse speravi, cum inciperem. Verum ita stylum temperare conatus sum, ut videri possem animum intendisse ad illud exemplar. Quantum profecerim, quia meum non est iudicare, tibi tuique similibus relinquo æstimandum. Enimvero quòd periculum in hac potissimum Pauli epistola facere ausus sum, consilium meum obnoxium fore video multorum reprehensioni. Nam cum tot excellentis doctrinæ viri antehac in ejus explicatione elaborarint, credibile est, nullum aliis melius aliquid afferendi relictum esse locum. Ego verò fateor, tametsi mihi aliquod operæ meæ precium pollicebar, hac tamen cogitatione fuisse me initio deterritum, quòd verebar ne incurrerem in famam temeritatis, si post tot egregios artifices manum huic operi admitterem. *Extant in istam Epistolam multi veterum, multi recentiorum commentarii.* Et sanè nusquam meliùs collocare suam operam poterant : quando, si quis eam intelligat, aditum sibi quendam patefactum habet ad totius Scripturæ intelligentiam. *De veteribus sileo* : quibus pietas, eruditio, sanctimonia, ætas denique tantum autoritatis fecit, ut nihil quod ab ipsis profectum sit contemnere debeamus. *Ac eos etiam qui hodie vivunt nominatim omnes commemorare nihil attinet. De iis qui præcipuam operam uacaverunt dicam quod sentio.*

Philippus Melanchthon, pro singulari et doctrina et industria et dexteritate qua in omni disciplinarum genere pollet, præ iis qui ante ipsum in publicum prodierant, multum lucis intulit³. Sed

³ *Melanchthon* a publié les trois ouvrages suivants, qui ont été réimprimés plusieurs fois : « Annotations in Epistolam ad Romanos et ad Corinthios duas. Norinbergæ, per Joannem Stucks, 1522, » in-4° (Maittaire, II, 625). — « Dispositio orationis in Epistola Pauli ad Romanos. Haganoæ, per Johannem Secerium, 1529, » in-8°. — « Commentarii in Epistolam Pauli ad Romanos. Anno 1532. (A la fin :) Impressum Vitebergæ in ædibus Josephi Clug, » in-8° (Panzer, o. c. VII, 103; IX, 92).

quia illi propositum modò fuisse apparet, quæ imprimis essent animadversione digna excutere, in iis dum immoratur, multa consultò præterit, quæ vulgare ingenium fatigare nonnihil possint. Secutus est *Bullingerus*, qui et ipse magnam suo merito laudem adeptus est. Habuit enim conjunctam cum doctrina facilitatem, qua se magnopere approbavit ⁴. Tandem *Bucerus*, lucubrationibus suis emissis, veluti Colophonem imposuit ⁵. Siquidem vir ille, ut nosti, præter reconditam eruditionem, copiosamque multarum rerum scientiam, præter ingenii perspicaciam, multam lectionem, aliasque multas ac varias virtutes, quibus à nemine ferè hodie vincitur, cum paucis est conferendus, plurimos antecellit, hanc sibi propriam laudem habet quòd nullus, hac memoria, exactiore diligentia in Scripturæ interpretatione versatus est. Cum talibus ergo viris velle contendere, ut nimis improbæ æmulationis esse confiteor, ita mihi nunquam in mentem venit, vel minimam laudis partem illis præripere. Maneat illis salva et gratia et autoritas quam sunt, honorum omnium confessione, promeriti. Hoc tamen mihi, ut spero, concedetur : nihil unquam fuisse inter homines

⁴ Les commentaires d'*Henri Bullinger* sur le N. T. étaient déjà très estimés en Angleterre (Voy. Merle d'Aubigné, o. c. VIII, 186). Celui qu'il avait composé sur l'Épître aux Romains portait ce titre, simplifié plus tard : « In sanctissimam Pauli ad Romanos Epistolam, Heinychi Bullingeri Commentarius. Hac Epistola exhibemus tibi Lector compendium Philosophiæ Christianæ... ut hic iam nullum alium expectes rerum potissimarum Catalogum, nisi hunc : Tot in hac tractari mysteria, quot habet Epistola verba... Tiguri apud Christoph. Frosch. Mense Febr. Anno M.D.XXXIII. » Petit in-8° de 184 feuillets. Ce commentaire, dédié à *Berthold Haller*, pasteur à Berne, est reproduit dans l'ouvrage intitulé : « In omnes apostolicas epistolas, divi videlicet Pauli XIII et VII canonicas, commentarii Heinychi Bullingeri, ab ipso iam recogniti, et nonnullis in locis aucti. Tiguri apud Christ. Froschoverum, 1537, » in-folio. Réimpr. à Zurich en 1538 et 1539.

⁵ *Metaphrases et Enarrationes perpetuæ Epistolarum D. Pauli Apostoli*, quibus singulatim Apostoli omnia, cùm argumenta, tum sententiæ et verba ad auctoritatem D. Scripturæ, fidemque Ecclesiæ catholicæ tam prisæ quam præsentis religiose ac paulo fusius excutiuntur... Tomus Primus. Continens Metaphrasim et Enarrationem in *Epistolam ad Romanos*... Per *Martinum Bucerum*. (A la fin :) Excusum Argentorati apud Wendenlinum Richelium, Mense Martio. Anno M.D.XXXVI, » in-folio. La dédicace à *Thomas Cranmer*, archevêque de Cantorbéry, est datée : « Argent. VIII Calend. Aprilis. Anno 1536. » (Voy. Panzer, VI, 127.)

Les commentaires de *Zwingli*, de *Luther* et d'*Æcolampade* sont appréciés par Calvin dans sa lettre à Viret du 19 mai 1540.

tam absolutum, in quo vel expoliendo, vel ornando, vel illustrando non fieret locus sequentium industriæ. De me nihil prædicare audeo, nisi quòd judicavi, non inutilem fore hanc operam : ad quam suscipiendam nulla me unquam alia ratio quàm publicum Ecclesiæ bonum induxisset.

Ad hæc, sperabam fore, ut in diverso scribendi genere nulla æmulationis invidia premerer, quæ mihi imprimis timenda erat. *Philippus* enim quod voluit adeptus est, ut maximè necessaria capita illustraret. Multa, quæ negligenda non sunt, dum in illis primis occupatus prætermisit, noluit alios impedire quin ea quoque excuterent. *Bucerus* et prolixior est quàm ut ab hominibus aliis occupationibus districtis raptim legi, et sublimior quàm ab humilibus et non valde attentis intelligi facilè queat. Nam ad cujuscunque argumenti tractationem se contulit, tam multa illi ad manum suggeruntur ab incredibili qua pollet ingenii fœcunditate, ut manum de tabula tollere nesciat ⁶. Cum ergo alter non omnia sit persecutus, alter fusiùs sit persecutus, quàm ut exiguo tempore perlegi possit, nullam æmulationis speciem habere institutum meum mihi videbatur.

Dubitavi tamen aliquamdiu, præstaretne quasdam veluti racemationes post ipsos aliosque facere, in quibus ea colligerem in quibus juvare me posse mediocria ingenia arbitrabar, quàm perpetuum commentarium texere, in quo multa repetere necesse foret, quæ aut ab illis omnibus, aut aliquo saltem illorum priùs essent dicta. Verùm quia illi non rarò inter se variant, atque ea res multam præbet difficultatem lectoribus parùm acutis, dum hæsitant cujus sententiæ potiùs debeant assentiri, — *putavi hunc quoque laborem non pœnitendum fore, si optimam interpretationem indicando, sublevarem eos à judicandi molestia quibus non satis firmum est à se ipsis judicium. Præsertim cum ita omnia succinctè perstringere instituerem, ut non magnam temporis jacturam facturi essent lectores,*

⁶ *Bullinger* est moins indulgent pour la prolixité de *Bucer*. Pendant les négociations qui préparèrent la Formule de Concorde entre Luthériens et Zwingliens, il écrivait à Myconius, le 19 décembre 1535 : « Nosti quanta illi [sc. Argentoratenses] utantur verborum turba, quantis ambagibus. Audivimus semel *Bucerum* apud nos, de re quæ paucis exponi potuisset, aliquot horis disputare. Futurum ergo est ut totos dies, rebus interim infectis, disserturi sint, si illos admiserimus in colloquium. Concident et nostrorum animi, ubi istorum audierint *mitigationes* » (Autogr. Arch. de Zurich).

apud me legendo quæ in aliis habentur. In summa, dedi operam ne quis jure conqueratur multa hinc supervacua esse. De utilitate nihil dico. Cujus tamen plus se hinc cepisse fatebuntur fortè non maligni homines, ubi legerint, quàm ego verbis verecundè spondere ausim. Jam quod ab aliis interdum dissentio, vel certè non nihil diversus sum, in eo me excusatum haberi æquum est. Tantam quidem apud nos venerationem habere debet verbum Domini, ut interpretationum varietate quàm minimùm à nobis distrahatur. Sic enim ejus majestati nescio quo modo derogatur. Præcipuè si non magno delectu, magnaque adhibita sobrietate, id fiat. Atqui si contaminari nefas ducitur quidquid est Deo dedicatum, ferendus certè non est ille qui rem omnium quæ in terris sunt sacratissimam, impuris aut etiam non ritè præparatis manibus atrectet. Proinde affinis sacrilegio audacia est, Scripturas temerè huc illuc versare, et quasi in re lusoria lascivire : quod à multis jam olim factitatum est. Verùm animadvertere semper licuit, illos ipsos quibus nec pietatis studium deesset, nec in tractandis Dei mysteriis religio ac sobrietas, nequaquam ubique inter se consensisse. Nunquam enim tanto beneficio servos suos dignatus est Deus, ut singuli plena perfectaque, omni ex parte, intelligentia præditi essent. Nec dubium quin eo consilio, ut nos in humilitate primùm, deinde communicationis fraternæ studio retineret. Ergo cum sperandum in præsentis vita non sit, quod maximè alioqui optandum esset, ut in locis Scripturæ intelligendis perpetua sit inter nos consensus, — danda est opera, ut nulla novandi libidine incitati, nulla suggillandi alios cupiditate impulsì, nullo instigati odio, nulla ambitione titillati, sed sola necessitate coacti, nec aliud quærentes quàm prodesse, à superiorum sententiis discedamus; deinde ut id fiat in Scripturæ expositione, in religionis autem dogmatibus, in quibus præcipuè voluit Dominus consentaneas esse suorum mentes, minus sumatur libertatis. Utriusque studium mihi fuisse faciliè deprehendent lectores.

Sed, quoniam de me vel statuere vel pronunciare me ipsum non decet, libenter hanc censuram tibi permitto : cujus judicio, si omnes plurimùm jure deferunt, ego nihil non deferre debeo. Quò scilicet propiùs mihi ex familiari consuetudine perspectus es, quæ cum aliorum existimationem aliquid minuere soleat, tuam, quæ aliàs apud omnes doctos præclara est, non parùm auget. Vale. Argentinæ, 15. Calend. Novembr. 1539.

829

ÉBERARD DE RUMLANG ¹ à Henri Bullinger, à Zurich.

De Berne, 20 octobre 1539.

Autographe. Arch. de Zurich. Calvini Opera, Brunsvigæ, t. X,
P. II, p. 406,

S. Libentiùs idque multò libentiùs velim plausibilia et que tibi grata essent, vir doctissime, perscribere. Verùm *non possum committere quin tibi significem quid Lutherani nostrates meditentur*. Cùm præteritis concionibus *Sebastianus* et *Conzenus* ² ad nauseam usque nos *de substantiali esu dominici corporis*.... obtruderunt, habent adhuc quod illorum sententiam oppugnare videtur; *proptereaque correctum* (propè dixeram depravatam) *velint, nempe libellum quem vocamus Agentem*, quo videlicet utuntur in matrimoniis copulandis, pueris baptisandis et dominica cœna celebranda ³.

¹ Natif de Winterthour, ancien secrétaire de la ville de Thoune. Appelé à Berne pour rédiger, avec trois autres secrétaires jurés, les procès-verbaux de la Dispute de religion (janvier 1528), il fut chargé d'en surveiller l'impression à Zurich (Voy. les Actes de la Dispute, éd. allemande de 1528, in-4°, f. bij. — Zuinglii et Œcolampadii Epp. 1536, f. 204. — Zuinglii Opp. VIII, 402). Après l'année 1533, MM. de Berne lui confièrent les fonctions de secrétaire des Comptes (Seckelschreiber) et d'archiviste. Il suppléait parfois le Chancelier.

² Sébastien Meyer et Pierre Kuntz (Nos 640, n. 7; 644, fin de la n. 5; 661, n. 5; 677, n. 17-19).

³ Il s'agit ici de la *Liturgie bernoise*, composée en 1528 par Gaspard Megander et intitulée : « Canzel und Agend-Büchlein der Kilchen zu Bern. » Plusieurs auteurs supposent qu'elle parut, pour la première fois, au mois de mars 1529 (Voy. F. Trechsel. Beiträge zur Gesch. der Schweizer. reform. Kirche. Bern, 1841, p. 87, 88. — J. J. Frickart. Beiträge zur Gesch. der Kirchengebräuche im ehemaligen Kanton Bern. Aarau, 1846, p. 32, 33). Nous croyons, au contraire, que les trois liturgies particulières dont elle se compose parurent successivement en février, mars et avril 1528.

On lit, en effet, dans les instructions données, le 23 février 1528, aux

*Nam iste libellus continet, lingua nostra, quòd panis significet corpus dominicum*⁴, etc. Cum verò jam doceant quæ cum eo libello dissident, non desunt qui dicant doctrinæ eorum parùm cum libello, quem prælegant in dominici corporis communicatione, convenire, adeòque apertè apprehendi ipsos à solita et consueta via exorbitare.

Hoc cum intelligant, *librum velent renovatum, idque verbum « significat » expunctum*. Et cum magna eorum libellorum penuria sit plurimis in parochiis, sunt qui eum rursus typis excudi efflagitent⁵. Quod et ego urgeri cupiam, daboque operam ut iste libellus expetatur, quò celerius astum Lutheranorum nostratium apprehendamus. Videbis multos bonos se interposituros, ut nunquam obtineant quidquam immutari in dicto libello, atque interim perspicuum fiet quòd à disputatione hic habita⁶ desciverint : quod tamen semper fieri negant et propemodum nos pro surdis habent, quasi verba et sensum eorum non intelligamus, ut cum illis non sit de verbis in concionibus prolatis concertandum. *Loquuntur enim tropicè ut Scriptura, sed tropum non solvunt*, seque ista ratione secundùm Scripturas loqui asserunt, quæ tutissima docendi sit via.....

Præterea scias *Calvinum* egregiè scripsisse in libro suo *de Insti-*

députés qui allaient visiter toutes les paroisses bernoises : « Vous remettez à chaque pasteur, pour sa gouverne, une Réformation imprimée (c'est-à-dire un exemplaire de l'édit de Réforme du 7 février) et le livre du baptême » (Voy. Archiv. des hist. Vereins des K. Bern, III, 258, 270). Il est donc très peu probable que MM. de Berne, ayant fait imprimer l'édit en question, se soient contentés de distribuer des copies manuscrites de la nouvelle Liturgie dans les deux cents paroisses allemandes où le culte évangélique allait être inauguré (Voy. t. II, p. 395, n. 2. — Hundeshagen. Die Konflikte in der Bernischen Landeskirche. Bern, 1842, p. 370, lig. 11-16, à comparer avec notre t. IV, p. 90, n. 24). Les passages suivants du Manuel de Berne semblent confirmer notre assertion : « 26 mars 1528. L'arrêté relatif à la sainte Cène a été adopté comme les prédicants l'ont proposé. » — « 31 mars 1528 : Écrire à Farel. Lui envoyer la Réformation, le livre du baptême (*Toufbüchli*) et la Cène du Seigneur » (Voy. aussi la lettre des Bernois du 25 avril 1528 à leur lieutenant à Aigle, t. II, p. 130, lig. 6-9. — Ruchat, I, 488).

⁴ Le texte allemand porte : « Bildet euch auch wol eyn.... dass das gebrochen Brodt, sein gebrochenen gecreutzigten Leib... bedeute. »

⁵ Selon Frickart et le Mémoire de Wyss publié par Trechsel (Voy. note 3), la *Liturgie bernoise* ne fut réimprimée qu'en 1545.

⁶ La Dispute de 1528.

tutione christiani hominis, ubi apertè metonymiam jam posuit⁷. *Ibidem videtur Lutherum, tametsi non nominatim, perstringere*⁸ : quod Lutherani nostrates ægerrimè ferunt, quandoque⁹ *Calvinum* criminantur, et *Capitonem* atque *Bucerum* dormitasse parumque animadvertisse calumniantur. Sed res bene habet. Si quando poteris, *scriptis tuis Calvinum confirmato : nam minimè est negligendus*¹⁰. Vale felicissimè.... Bernæ, raplim, xx die Octobris anno 1539.

TUUS ÉBERARDUS A RURLANG.

⁷ Voyez les *Calvini Opera*, Brunsvigæ, t. I, qui renferme le texte des premières éditions de *l'Institution chrétienne*. Le chapitre intitulé *De Cæna Domini* présente, p. 993, les passages auxquels E. de Rurlang fait allusion.

⁸ A la fin de sa lettre à Farel du 20 novembre 1539, *Calvin* semble avouer le fait.

⁹ Édition de Brunswick : *quumque*.

¹⁰ En 1536, *Capiton* et *Bucer* avaient eu la même impression. Voyez leurs lettres à Calvin du 1^{er} décembre (N^{os} 585, 586). Nous avons déjà cité le jugement de *Conrad Pellican* sur *l'Institution chrétienne* (t. IV, p. 23, 24). Celui de *Léon Jude*, son collègue, n'est pas moins flatteur. Il s'exprime ainsi dans la préface de son *Catéchisme*, ouvrage non daté, mais qui nous paraît de l'année 1537 ou 1538 : « *Ioanni Frisio suo Salutem.... Ioannes Calvinus, qui summam pietatem cum summa eruditione conjunxit, Institutiones quasdam Christianæ religionis nuper congegit, quas ego percurrens, præcipua quædam capita excerpserim, quæ mihi juventuti non salutaria modò, sed et maximè necessaria esse videbantur, nihil vel parum immutans, minus addens de meo, quòd viderem copiosè adeò ab eo tradita esse omnia, ut adjicere nihil fuerit opus, ita autem ornata omnia, ut elegantius, clarius et perspicatius dicere potuerit nemo.... Hoc duntaxat meum est, quòd copiosè ab eo annotata et sparsa fusiùs, in arctum quoddam enchiridion contraxi... et quòd ordine fortasse alio (quòd sic commodum videretur) usus sum. Ex qua re tam abest ut gloriam captem, ut veniam mihi dari potiùs ab authore cupiam, quòd splendidissima ejus scripta vel immutaverim vel resciderim : quam facilè me (ut est vir humanissimus) impetraturum spero... » (*Catechismus. Brevissima Christianæ Religionis Formula, instituendæ iuventuti Tigurinæ... aptata... Tiguri apud Christoph. Froshouërum.* » (s. a.) 35 feuillets petit in-8^o.*

850

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Strasbourg.

De Neuchâtel, 21 octobre 1539.

Manuscrit original¹. Signature autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. *Calvini Opera*. Brunsvigæ, t. X, P. II, p. 408.

S. Gratiam et pacem a Deo! Si non armata esset nostra simplicitas præsidio Christi ducis, qui nos tales vult ac jubet esse, quid tandem de nobis fieret? *Domi ab amicis et fratribus gravissimè premimur. Nam parum erat foris nos gravari impetu hostili, nisi accederent quæ prorsus obruerent.* Cum tuos paroxysmos audio, tuas graveis et certè non immeritò factas expostulationes, tuas lachrymas et quæ satis intelligo, non procul ab horroribus mortis dolores et angustias, quibus sanè credo mortem longè faciliorem, faciliùs fero quæ ipse pertuli. *Nam cum mihi significatum fuit jam adesse Carolum² idque in vicinia, ac domi jam esse, hic tibi cogitandum relinquo, quàm mox conciderim, quàm fuerim exanimatus.*

« En tibi pietatis exterminium! Non est dignus populus cui
 « Christus annunciatur! Jam tibi aut graviora sunt subeunda cer-
 « tamina, motusque tibi horrendi, quibus totus concidisti fractus,
 « ferendi, aut prodendus Christus, aut opus Domini, ad quod voca-
 « tus et impulsus es, deserendum! Adest hostis qui neque Deum,
 « neque aliud quàm se curat; tam sui est amans ut in amentiam
 « incidat. Ille qui inter hostes, causæ Christi oblitus, cum fratribus
 « contendebat pro primaria concione, ut præ cæteris haberetur in
 « precio³, nec fecit quicquam reliqui ut etiam inter impios locum

¹ La présente lettre répond à celle de Calvin du 8 octobre (N° 823). Elle a été copiée sur la minute de Farel par deux mains différentes (Voyez les notes 116, 139). La signature et le post-scriptum sont seuls autographes.

² *Pierre Caroli* était arrivé en Suisse dans la première moitié de juillet (N°s 802, 803).

³ Voyez t. IV, p. 105, 108.

« obtineret et gradum, ruinis ac offensionibus gravissimis implevit
« omnia! »

Quòd si malè egit inter hostes, pejùs dum ad nostra venit castra,
mollicie, computatione, scortatione, apertaque subsannatione cor-
rectionis vitiorum, perditus ac secum alios perdens. Tam apertè
testatus est gloriam Christi non esse sibi curæ, ut ausus fuerit,
quantumvis ad illustrandam Christi gloriam incitaretur, dicere « se
velle omnes intelligant *Carolum* scientem esse » — quamvis in
arena alienis sese vendicaret plumis ⁴, quod non latuit nos. Sæpiùs
ego ac *Viretus*, quæ vidèramus ipsis etiam verbis afferentem non
obscurè intelleximus ⁵, etsi Dominus tantam ambitionem plectebat,
ut etiam *scripta* neque satis legere, neque referre valebat. Quod
ubi non suc[c]essit, clàm virus suum effudit, ut impediret Pontifi-
ciarum impietatum eversionem. Rursus spe frustratus, abiens in
malam rem, in traducendo Christi opere ac sugillando nostro
ministerio incubuit, sed clàm, ut bonos à nobis abalienaret; movit
nonnihil, sed non permovit. *Vocatus idque ab uno, aut nescio*
quot ⁶, tandem ubi potuit erumpere, cæpit doctrinam, instituta dam-
nare, aliis inducendis laborare : « non fuisse intellectam precatio-
nem Domini » apertè detonare, ad scholas remittere, ac plenius
discere, quasi solus tandem doceret quid precandum esset, nimirum
pro Apostolis et omnibus qui cum Christo quiescunt ⁷, et quæ sunt
hujus farine; ne commemorem quam petierit sibi dari provinciam
in omnes Gallos qui ministrant, ac literas quales non puto nec Pon-
tifices ducentesimo demum tyrannidis anno emisisse ⁸. Quàm ure-
bat quòd a *Vireto* admonitus [esset] juxta id quod Christiana poscit
charitas ac prout præcipiebant principes pii, ut tanquam *novicium*
adjuvaret, ac non satis tenentem ut se cum populo deberet ge-

⁴ Allusion à la Dispute de Genève (mai-juin 1535).

⁵ Le sens que donne le contexte nous semble celui-ci : Nous avons bien vite reconnu, Viret et moi, que *Pierre Caroli* exposait textuellement, non pas ses propres arguments, mais ceux que nous avions examinés entre nous deux et rédigés par écrit avant chaque séance de la Dispute. Aussi hésitait-il en les lisant.

⁶ *Caroli* fut élu pasteur à *Lausanne* par le Conseil de Berne le 28 octobre 1536 (t. IV, p. 94, 95).

⁷ Voyez, sur cette affaire, le récit de *Calvin* et celui de *Farel*, t. IV, p. 184, 188, 284; V, 436.

⁸ « Ut sibi jus inspectionis in ministros agri vicini daretur, » dit Calvin (Voy. t. IV, p. 105).

rere⁹. Respondit « ut sua curaret; se non aliquid attingere de iis quæ prædicaret *Viretus*, sed liberum ipsi sinere quid vellet concionaretur. Idem et sibi liberum sineret; » quamvis diligentius subindicatum esset unius causam esse alterius, non habere se diversas ecclesias, diversa evangelia, neque Christum, sed unum, ac idem gratissimum debere unicuique esse si officii admoneatur, et eorum quæ faciunt ad communem ædificationem. Sed lusa fuit opera.

*Ubi rediit Geneva Viretus, fuit mox pertractus ad Senatam*¹⁰. *Ibi cæpit Carolus post aliquot indicare suspectam se habere Vireti fidem, ac mox postulare quendam confessionem*: quæ sanè indicabant animum deploratum, qui cum fratre prius quicquam non contulit, nec verbum unquam fecit, testatus est se nolle neque monere, neque moneri, sed in Senatu traduxit. Sic furor exagitabat hominem, ut cum non posset *Viretum* perdere, in *Christophorum*¹¹ rabiem verterit. Sed quid ad *Viretum*? An autor fuit *Christophoro*? *Nos quoque incasit, ac conatus est productos in theatrum, ut bonus satelles Satanae, hæreticos facere, ut inde totum everteret quod per nos erexit Dominus in Evangelio ædificium*. Egit instructus suæ farinae hominibus, quos dissimulatus livor exagitabat adeò, ut parùm curarent Christi causam vastare, modò nos unà perderent. Non puto Satanae verum organum unquam ita contendisse sic, ut nos opprimeret. Nos, cum præter Christum nihil haberemus, ipso freti stetimus; cecidit hostis in foveam quam fecit¹², sed non sine gravi offensione, pro resipiscentia ac jure quo vel quivis alii tenentur ac stant, factus transfuga.

*Solodorum properat*¹³, *missam et privatam audit, damnat missam damnantes, ac contumeliis proscindit doctrinam cum ceremoniis*. Inde se recipit *Lugdunum* ex tempore¹⁴, ac consiliis quæ suggessit in ruinam piorum, notatis singulis ac clam verbis quibus solent

⁹ Ce sont les expressions employées par les Bernois dans leur lettre à *Viret* du 1^{er} novembre 1536.

¹⁰ A *Lausanne*, au mois de février 1537.

¹¹ *Christophe Fabri*, pasteur de l'église de Thonon (IV, 175, 176). Le vieux docteur lui reprochait peut-être la confiance excessive qu'il avait témoignée à *Claude d'Aliod*, l'antitrinitaire (t. IV, p. 178, 196, 197, 200; V, 437).

^{12. 13} *Caroli* fut destitué par MM. de Berne le 5 juin 1537. Cité à paraître devant eux le lendemain, pour faire réparation à Farel, à Calvin et à Viret, qu'il avait accusés d'arianisme, il sortit secrètement de la ville et se rendit à *Soleure*, où résidait l'ambassadeur français (IV, 238, 242, 243).

¹⁴ Dans l'original, *tonsore*.

pîi christianè se convenire¹⁵, laboratum [est] ut manifesti essent pîi ac plecterentur. Actum præterea, ut *vincti* à pietate ad Pontificem deficerent¹⁶. Testes sunt *duo liberati*. Quibus blasphemîis in Christum et Evangelium et imprimis in *ecclesias Helveticas* sit actum, in *libello supplice porrecto Pontifici*¹⁷, nemo satis expresserit. Et, ut pleniùs intelligas quàm infensum hostem duxerim, *sanè non possum non mihi persuadere*¹⁸ (Christus novit an ita habeat) *per ipsum effectum, ut Philippus*¹⁹ *cum Cardinali*²⁰ *consuetudinem habuerit, ac illius pecuniis effecerit que egit, adeò ut ecclesie ruinam ipsi acceptam feram*²¹. Non levem facit me habere

¹⁵ Les Évangéliques s'abordaient en disant : « La grâce et la paix soient avec vous ! » Cette salutation se trouve ordinairement en tête de leurs lettres.

¹⁶ A la conférence de la Neuveville, *Caroli* affirmait, au contraire, qu'il avait assisté et consolé les prisonniers de *Lyon* (t. V, p. 459).

¹⁷ Voyez la supplique adressée au pape *Paul III* par *Caroli*, vers la fin de juin 1537 (N° 638).

¹⁸ Les nouveaux éditeurs de Calvin ont suivi la ponctuation de l'original, et ils placent un point après *non possum mihi persuadere*, et après *Christus novit an ita habeat*.

¹⁹ *Jean Philippe*, ancien capitaine général, l'un des syndics élus à *Genève* le 3 février 1538 et qui en avaient fait bannir *Farel* et *Calvin*.

²⁰ Le cardinal *François de Tournon*, gouverneur de *Lyon*. *Farel* écrivait déjà le 11 avril 1539 : « Hactenus non potui aliter sentire, quàm *Turnonensem* pro viribus laborasse in omnibus evertendis. »

²¹ Comme l'indique la suite du discours, *ipsi* doit se rapporter à *Caroli*, et non à *Jean Philippe*. Si nous avons bien compris *Farel*, il veut dire : Je ne peux m'empêcher de croire que c'est grâce à *Caroli* que des relations se sont formées entre *Jean Philippe* et le cardinal de *Tournon*, et que c'est avec l'argent du Cardinal que *Philippe* est parvenu au but de ses intrigues [c'est-à-dire à nous faire bannir]. C'est donc à lui [à *Caroli*] que j'impute la ruine de l'Église de *Genève*. — *Farel* semble énoncer des soupçons persistants, plutôt qu'une accusation formelle; aussi dit-il, plus haut : *Christus novit an ita habeat*. Mais ces soupçons mêmes n'étaient pas fondés, du moins pour ce qui concerne l'ancien capitaine général. Il n'existe, en effet, aucune preuve que celui-ci ait accepté le rôle d'agent secret du cardinal de *Tournon*. Un ancien magistrat, bon patriote, riche et généreux, se serait-il laissé corrompre par l'or de l'étranger? Et dans quel intérêt? Déjà syndic en 1526, assuré de « l'extrême amitié du peuple, » son ambition était satisfaite. Quoiqu'il fût devenu l'adversaire de *Farel* et de *Calvin*, il ne se montrait jamais hostile à la Réforme. Supposé qu'il eût consenti, en 1537, à la détruire dans *Genève*, une prompte libération de son fils *André*, détenu à *Paris* comme « luthérien » (février-avril 1538), aurait été le prix naturel de sa trahison. Nous avons vu

conjecturam gratulatio ad *Antonium*²² quòd aërem Genevensem viderit, ut optabat, tandem; nec minùs certè reputavi *de literis Sadoleti ad Senatum et cives* instigatorem fuisse, idque præcipuè ut ad *Antonium* et *Bernardum* scriberet²³. Nam uterque probè notus est *Carolo*. Taceo de dialogis quibus me loquentem in suis concionibus facit, coram Deo ac se, juxta argumentum *Sadoleti*²⁴. Sed quid possem singula prosequi^{25?} ut taceam me *Hæresiarcham* falsò vocari.

Hæc cum animo volverem, et sanè plura, neque me fugeret quid *amici*²⁶ contenderent, quibus tam grata esset nostri ruina, quàm ingratum est nos vivere, ac aliquid in ecclesia Domini per nos Christum operari, — tamen, *ubi ex horrendis illis, animum*

cependant (t. IV, p. 366, 419, 464) que si *André* obtint justice en 1537 et en 1538, il ne le dut qu'aux démarches pressantes des Bernois et des Genevois auprès de François I (Voyez Bonivard. Anc. et nouv. Police, 1847, p. 37, 39. — A. Roget. Hist. du peuple de Genève, I, 69).

Le 7 juin 1540, alors qu'on instruisait avec la plus grande animosité le procès criminel de *Jean Philippe*, l'un de ses anciens adversaires, Claude Savoye, révéla « que Philippe avait démené pratique à Lyon avec le cardinal de Tournon. » Mais, observe M. Roget, o. c. I, 240, « le Conseil de Genève ne tint aucun compte de cette odieuse insinuation. »

²² *Antoine Marcourt*, que *Pierre Caroli* aurait félicité de ce qu'il était appelé à Genève (N^{os} 711, 719, 733 bis, n. 16), ensuite du bannissement de Farel et de Calvin.

²³ A propos de ce passage, les nouveaux éditeurs de Calvin disent, p. 410, note 7 : « *Mera calumnie, scilicet a Guillerminis sparsæ.* » Il est vrai qu'on ne possède aucune lettre de *Sadolet* à *Marcourt* et à *Jacques Bernard*; mais cela ne prouve pas qu'il ne leur ait jamais écrit. Le Cardinal eût certainement été dans son rôle en adressant des exhortations à ces deux pasteurs, en même temps qu'il en adressait au gouvernement de Genève (N^o 773). S'il écrivit à *Bernard* et à *Marcourt*, il n'y eut aucun crime, de leur part, à recevoir une lettre qu'ils n'avaient point sollicitée, et les *Guillermins* (t. V, p. 177, n. 16) ont pu en informer *Farel* sans être, pour cela, des « calomnieurs. » On voit, d'ailleurs, que Farel n'incrimine pas les deux ministres sus-mentionnés, mais bien *Caroli*, qui aurait persuadé à *Sadolet* de leur écrire.

²⁴ Allusion aux passages de l'*Epistola ad Senatum populumque Genevensem* dans lesquels *Sadolet* se représente le jugement dernier, les questions qui seront adressées à chacun devant le tribunal de Dieu, et les réponses d'un catholique et d'un protestant (Voyez la traduction franç., éd. Fick, 1860, p. 34, 36).

²⁵ Dans l'édition de Brunswick, *persequi*.

²⁶ Les partisans de *Caroli* qui étaient nombreux dans la Classe d'Yverdon (Voy. la lettre de Viret du 21 mai 1550).

meum ad mortem usque pungentibus, commissa Domino ecclesiarum cura, respiravimus, ut visum fuit paucis fratribus, cum duobus legatis Agathopolin²⁷ venimus, Praefectum illic cum cicibus aliquot in colloquio praesentes habuimus. Quod ideo factum fuit, ut si, praeter spem, jam haerentem²⁸, et cui locus non esset, Dominus vellet trahere ad se, nos omni officio prompti occurreremus; si minus, congestis carbonibus in caput ipsius, functi essemus nostro munere. *Causam tamen ut privati agitarimus*²⁹, nihil derogantes neque praedjudicantes alicui, et multo minus alicui ecclesiae, ne dicam ecclesiis, quas omnes offendit et traduxit. *Quae tractavimus cum eo collecta fuere à fratribus*³⁰. Nos cum videremus remisisse aliquid hominem, quamvis desideraremus plurima, siquidem vel apertissima cupiebat dissimulare ac facis tegere, tamen *cum testaretur velle se ita gerere, ut nemo posthac queri de ipso posset, respondimus, nos nihil posse, praecipue sine fratrum consilio, sed daturus nos operam, ut intelligat in amicos incidisse, quique velint ipsi in Domino morem gerere.*

Ubi redii ex actione, in qua potes conijcere quantam mihi vim fecerim, dum Christum meum necesse habui intueri, cujus gratia omnia tentanda duxi, non hominem, quem in ruinam tantum poteram colligere natum, etsi non dubitarem Deo omnia esse possible, tamen nihil minus mihi poteram persuadere, quam aliquid boni de homine. Dum ergo rediissem tam fatigatus ut destituerer viribus, sub noctem convenit me noster praefectus, *Pringinus*³¹. Indicat quid egerit, nempe, ubi jam concessisse *Landeronum*³² intellexit *Carolus*, ad cives scripserit, quid hoc sibi vellet non assequi, nisi quod speraret eos velle ipsum habere pastorem; quod ita si haberet, rem gratam facerent, ac ipsum haec probare. Sic bonus vir nescio an jurisjurandi satis memor fuerit quo se adstrinxit, neminem excepturum nec admissurum ad ministerium nisi per ministros examinatum et probatum; tamen *nobis inscius* hoc factum erat, cum *locus ille*³³ sit sine pastore, ac *missu*

²⁷ *La Bonneville* ou *la Neuveville*, située sur le lac de Biènné.

²⁸ Il faut sous-entendre *Carolus*.

²⁹ Ce qui provoqua le blâme de *Calvin*. Voyez sa lettre du 27 octobre.

³⁰ Voyez, dans le t. V, p. 457-462, le procès-verbal de cette conférence.

³¹ *Georges de Rive*, seigneur de *Prangins* et gouverneur du comté de Neuchâtel.

³²⁻³³ *Le Landeron*, petite ville située entre la Neuveville et Neuchâtel, refusait d'adopter la Réforme (t. IV, p. 200, 201, t. V, p. 94, 95).

illic sit; cumque nos eò concesserimus, tamen præfectus³⁴ qui designatus illic est, jussus est a *Bernatibus* non amplius nos admittere ad docendum, quòd³⁵ aliam viam cum præfecto, scilicet *Pringino*, iniissent, unde posset sine motu consuli illi ecclesiæ: quod conjicio à nonnullis ita cum *Praugino* tractatum, ut *Carolus* eò mitteretur³⁶. Addit præfectus³⁷, se literas excepisse a *Bernatibus* quibus acutissimè injungitur ut *Carolus* vinciat, donec legationem mittant agantque jure cum eo³⁸, quod sibi dolere dicebat. Ego quoque graviter ferebam quòd errata non alia proponerentur via quàm civili. *Cupiebam enim sic agi cum Carolo, ut ecclesiæ quærentur de injuria sibi illata, ac juxta id quod expedit, justa censura sic agerent, ne perderent hominem, nec rursus alii audent similia patrare, timens ne sic via civili prorsus ita profligaretur, ut meritò sibi denegatam omnem resipiscendi viam et aditum in Ecclesiam diceret.* Ideo ex animo consultum cupiens *Carolo*, ac multò magis Ecclesiæ ac suæ autoritati, conferens cum *socero Caroli*³⁹ ac paucis fratribus, tandem suasi ut decanus noster⁴⁰ *Bernam* peteret ac cum fratribus ageret, ut posset *Carolus* non minùs à nobis excipi quàm à Pontificiis, et resipiscenti pateret aditus in Ecclesiam. Ego sanè graviter affligebar, ut scribere non valuerim. *Capunculus* excepit quæ dicebam⁴¹. Egit bona fide *Barbarinus* et apud fratres ministros, et apud Senatum, nec tamen unquam fuit animus ut citra disciplinam Ecclesiæ ac solemnem resipiscenciam

³⁴ *Jean Hardi*, châtelain du Landeron. Farel emploie aussi *præfectus* pour désigner un *gouverneur* ou un *maire*. L'expression *jussus est a Bernatibus* ne correspond guère à la réalité des choses, puisque le châtelain du Landeron dépendait du gouverneur et des IV Ministraux de Neuchâtel. Aussi les Bernois écrivaient-ils à ce fonctionnaire, le 24 décembre 1538 : Nous vous *prions* et admonestons vous déporter [de faire prêcher au Landeron].

³⁵ Dans l'édition de Brunswick, *quum*.

³⁶ La lettre des Bernois au châtelain du Landeron est du 24 décembre 1538 (N° 761). Pour s'expliquer comment les amis de *Caroli* ont pu, à cette époque, être informés de ses projets de retour et s'intéresser à lui si vivement, il faut admettre qu'il avait continué à leur écrire pendant son séjour en France.

³⁷ Le châtelain du Landeron.

³⁸ A comparer avec le N° 804, note 4.

³⁹ *Louis Maître-Jean* (Voyez N° 651).

⁴⁰ *Thomas Barbarin*, pasteur à Boudri.

⁴¹ Voyez la lettre de *Chapomeau* et de *Farel* du 19 juillet 1539 (N° 803).

admitteretur; nec apud Pontificios quoque admissus fuit sine insigni confessione.

*Interea cum fratribus hic egimus, exponentes colloquium Agathopoli habitum*⁴². Fratribus visum fuit officiis certandum, si qua spes esset *Carolus* lucrifaciendi. Interea expectandum quid aliæ ecclesiæ decernerent, quas non minùs lesit quàm nostras. Erant tamen qui dicerent nullam illius esse habendam rationem, sed ut insanum hæreticum, ut nequam hominem non ferendum, nec levia adducebantur; sed vicit sententia de officiis præstandis, quod et Judæ Dominum præstitisse ostensum fuit. *Interea victus delinebatur Carolus Agathopoli, Bernatium nomine, qui erant quàm maximè offensi, ne dicam infensi*. Ex ministris aliqui sic exceperunt unam lineam pro *Carolo* scriptam⁴³, ut totum ministerium meum et omnes nostras actiones nunquam tanti fecerint. Nam sic in *Carolus* mihi videntur affecti, ut non solùm excipere sint parati cum forma resipiscentiæ, verùm ter sanctissimum sint prædicaturi, et crimina pro insignibus virtutibus commendaturi. Nam bonus ille senex, sanctus ille vir, alter ingens *Athanasius*⁴⁴, quid non pertulit? Fnerunt qui affirmarent ipsum plus omnibus laborasse ac ædificasse. Alii contrà, nihil sibi esse cum *Carolo*, ecclesiarum eversore, dissidiorum patre, defectionis autore, qui non solùm defecit, sed et alios secum abduxit, ac conatus est abducere. Utinam tam vera illi dicerent quàm hi non recedunt à re!

*Ego, quanvis aliud non egissem, nisi quòd operam obtuli Carolo, ac ut posset conciliari, non nihil egi, mirè prosciudebar, quasi fractus ac ecclesiarum negligens, quod et tu videris taxare*⁴⁵, *nec ego prorsus eo inficias. Nam tot et tantus tragædias ferre non possum, nec domi ita contendere*. Tamen modis omnibus egi, hortatu *Caroli*, quod et ultro destinaram persuadere ut possem : non sic rejiciendum *Carolus*, nec id posse citra culpam ab Ecclesia fieri. Sed postquam a Pontificiis rediit, audiendum esse, ac juxta Ecclesiæ disciplinam excipiendum, nec debere ipsos moveri, si ipse ultro occurrerim ac officiis ipsum coner demereri : me id juxta præceptum Christi facere, cum velit oves errantes à nobis quæri, nos-

⁴² Vers le 15 juillet précédent (t. V, p. 351, 457).

⁴³ Allusion à la lettre du 19 juillet, adressée aux ministres de Berne (n. 41).

⁴⁴ Selon Calvin (t. IV, p. 242, n. 15), *Caroli*, forcé d'expliquer sa conduite, aurait dit aux ministres bernois : « Ego hîc sum ut *Athanasius*. »

⁴⁵ Voyez la lettre de Calvin à Farel du 8 octobre.

que bene mereri de hostibus, ac qui de nobis quàm pessimè meriti sunt; nolle me suum jus Ecclesiæ præripere, ne[c] ipsam impedire quò minùs fungatur munere censuris quibus decet, etiam gravibus. Et, ut planè dicam, nescio an reputem tantùm Ecclesiæ consulere, ac sic vera esse ipsius membra qui judicant efferendum ad cœlum *Carolus*, ac tam utilem fuisse tamque ædificasse ecclesias affirmant, — quasi expertes et sine sensu malorum quibus ille Ecclesiam obruit, — quàm hi qui gravissimè ferentes tot et tanta peccata, pati et admittere hominem non possunt. Verùm *utrinque moderandos affectus expedit*. In hoc ergo fui, ut ostenderem me *Carolo* bene velle, sed Ecclesiæ quàm optimè : sicque agendum cum *Carolo*, ut omnia cederent optimè ipsi Ecclesiæ, quod fieri non posse judicabam, si prorsùs aditus Ecclesiæ negaretur *Carolo*, nec resipiscenti⁴⁶ locus esset veniæ. Ita rursus non putabam nisi juxta disciplinam debitam recipiendum.

Legati Bernen[ses] veniunt, queruntur de eo, quòd ecclesias turbarit, quòd juri non steterit, cum dies ipsi dicta esset, abierit; quòd omnes traduxerit, producto *diplomate Pontificis* ubi nefandè ac indignè cœtus omnes Christiani damnantur, pietas conculcatur, ac impietas Antichristi commendatur⁴⁷. *Carolus*, non sine sano consilio ac amico, fassus est se non parùm offendisse, ac injuriam irrogasse; tamen aliqua elevare contendit. Instabant *legati* ut dignum omnibus esset exemplum. Sed, ut audio, sic pronuntiatum est à iudicibus : ut *Carolus* fateretur se in Deum graviùs deliquisse, ac in fratres ministros, quos sanos in doctrina fuisse fateretur et esse, nec non veniam peteret a *Bernatibus* : quod et fecit, tacta dextra *praefecti Agathopolitani*, ut moris illic est⁴⁸. Ita qui aderant fratres eo ordine acta omnia fuisse narrabant. Ego, cum finitum esset iudicium, veni totus perfusus pluvia. Rogavi impensius *legatos*, efficerent apud Senatum, ut *Carolo* esset veniæ locus. Et postquam Pontificii excipiunt agnoscentes culpam, ubi Christus adnunciatur juxta ipsius præceptum sit resipiscentiæ locus.

Suadebamus Carolo ut Basileam adiret, ac illic ita se gereret, quòd bonis omnibus probaretur, sicque posset in gratiam redire. Quamvis videretur nobis assentiri, tamen cum audiret Evangelium

⁴⁶ Édition de Brunswick : *resipiscendi*.

⁴⁷ Voyez, dans le tome IV, p. 251, n. 9, un extrait de ce bref du pape *Paul III*, daté de Rome le 17 août 1537.

⁴⁸ Voyez la sentence prononcée contre *Caroli*, à la Neuveville, le 23 juillet 1539 (t. V, p. 355-59).

adnunciari ubi pius *Tusanus* agit⁴⁹, spem concepit posse se apud *Georgium comitem* locum habere; eò se contulit, acturus cum *Comite* etiam inconsultis fratribus, ut mihi narravit bonus ille *Nicolaus*⁵⁰, *Tussani* collega. Sed *Tossanus*, non negligens ecclesiae pastor, cui magis timet quàm propriae vitae, statim hominem convenit, et ex justis causis persuasit ut abiret. Intellexit sanè hominem ambitionis plenum, nihil prorsus immutasse de suis opinionibus et quae vana sunt perpetuò moliri, ac me arguit ideo quòd commendarim hominem planè indignum⁵¹. Scripseram enim, non per *Carolum*, nam non priùs noram nisi postquam eò concessisset, verùm per alium, commendans sic ut addeceret nos excipere de quibus licet aliquid sperare. Idque ut decebat ad virum non prorsus stupidum et qui novit quid facto sit opus.

*Rediit Carolus ac e Burgundionibus*⁵² ad fratres scribit, ut se reducem excipiant. Veritus ne, priusquam convenirent fratres, frangeretur expectando, *consilium in eo de ipso adeundo, et montes conscendendi cum Fathone*⁵³, et dum per viam compendiosiore[m] eo, magis duram et asperam, mutarat *Carolus* locum. Nam aliquot qui sanè dicantur ardentiores pro Christo, vix poterant ferre hominem tam vicinum, sed defectorem detestabantur, et quòd, ipsius causa, religio tam malè audisset, sæpiùs defectionem *Caroli* objicientibus adversariis. Quod, etsi nobis molestum est, tamen neque pastor⁵⁴,

⁴⁹ Remis en liberté le 23 juillet, *Caroli* n'avait pas perdu son temps. De la *Neuveville* il s'était rendu [par Bienne, le Jura bernois et Delle] à *Montbéliard*, où résidaient *Pierre Toussain* et le comte *Georges de Wurtemberg*. C'était un voyage d'une vingtaine de lieues.

⁵⁰ *Nicolas de la Garenne* (t. V, p. 325).

⁵¹ A comparer avec la lettre de Toussain à Farel du 31 juillet (N° 807).

⁵² L'édition de Brunswick porte en note : « Id est, ex comitatu *Valangin*... » C'est une erreur. La principauté de *Valangin* ne faisait nullement partie de la Franche-Comté, qu'on appelait aussi la comté de *Bourgogne*. *Caroli*, qui était reparti de *Montbéliard* le 30 ou le 31 juillet (N° 807), avait dû, pour revenir dans le pays de Neuchâtel, passer par Pont-de-Roide, St-Hippolyte et Charquemont. C'est probablement de cette dernière localité, voisine du Doubs et de la frontière neuchâteloise, qu'il écrivit aux ministres de Neuchâtel pour leur annoncer son retour.

⁵³ *Farel* et *Fathon*, étant partis pour les montagnes, durent gravir le Chaumont, entre Neuchâtel et le Val de Ruz, puis la montagne qui ferme à l'ouest le Val de Ruz et le sépare de la vallée de la Chaux-de-Fonds. Cette vallée était la première que devait traverser *Caroli* en arrivant de *Montbéliard*.

⁵⁴ Le village de la *Chaux-de-Fonds* n'avait pas encore de pasteur; les

neque aliquis ita potuit compescere, quin gravissimè ipsi minarentur. Nam, ut ingenuè fatear, nomen *Caroli* pessimè audit. Quamvis fratres mitigent ut possunt, tamen fieri non potest, quin horrore missæ ac Pontificis non valde moveantur. *Tandem invenio hominem, causas reddo cur venerim*, nimirum quòd constanter duret, solideque precetur Dominum ac invocet, frustra esse omnia, nisi adsit Dominus. Ubi video utcumque compositum, de iis admoneo quæ facere videntur ad gloriam Christi et plebis ædificationem. Hic nihil frigidius sentio, et prout in aliis colloquiis habitis cum fratribus, semper veteris hominis omnia plena. Sic et seorsim magis sui non potest præcipuam non gerere curam!

